



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

IV. Practicæ Resolutiones circa prædicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

CAPUT IV.

Praxis circa materiam de Decimis ex Societatis  
Iesu Doctoribus.

16. **S**icut Religiosos priuilegio, exemptione à decimis frui: rogo §. 1.  
San laici coloni Religiosorum ad decimas soluendas te- De obli-  
neantur? Tenentur pro sua cuiusque portione soluere, sed cir- gatione  
ca Religionum fundos gaudent priuilegio Religiosorum, decimas  
quod est reale vt pote communitati concessum, quod de iure soluendi  
communi transit ad colonos. Priuilegium decimarum Socie- & ex-  
tati concessum à Gregorio XIII. videndum apud Henriquez ptione.  
lib. 7. cap. 27. n. 8. & in Gloss. lit. H. Quid si coloni Religiosorum, Henriq.  
vel ipsi met Religiosi aliqua in Provincia decimas persoluant?  
Id profectò erit ex aliquo Breui Pontificio ab Episcopis ob-  
tentio priuilegi huius reuocatorio.

17. Eximuntur ne laici à decimarum solutione ex præscri-  
ptione immemorabili sine titulo? Ita planè ex c. auditis de pre-  
script. & c. 3. de consuet. in 6. sicut etiam ex præscriptione qua-  
draginta annorum cum titulo, & consuetudine quadraginta  
annorum sine titulo. Quanam inter consuetudinem, ac præscri-  
ptionem di paritas? Consuetudo respicit communitatem, quæ  
per diuturnum usum legiti no tempore continuatum potest  
legem derogare. Præscriptio autem priuata respicit perso-  
nam, cuius usus quantumuis continuatus, non potest legem  
introducere, aut abrogare. Laym. in lib. 4. ra. 1. c. 7. n. 9. Ex Laym.  
cuius mente laici non possunt per præscriptionem omnino  
eximi à decimarum onere persoluendarum, sed tantum in  
partem, ut scilicet ioco decimæ vigesimalm, aut trigesimalm  
partem soluant.

18. Alias precor, de præscriptione, circa decimarum exemptionem  
nem Doctorum Societatis sententiis adnot. Porro Henriquez <sup>Henriq.</sup>  
lib. 7. cap. 27. num. 2. & Tannerus 2. 2. d. 5. q. 3. dub. 2. num. 31. Tanner.  
asserunt, ad præscriptionem sine titulo in causa decimarum  
sufficere quadraginta annorum tempus. Ad consuetudinem  
autem quid? Affirmat Castro Palao tom. 2. tract. 10. d. univ. p. 4. Palao.  
n. 6. probabile esse; ad consuetudinem contra decimas de-  
cem annorum spatium sufficere.

19. Decimarum obsecro obligationem pressius extende. Tri- §. 2.  
plex decima, personalis, prædialis, & mixta. Personalis est De deci-  
mata pars fructuum prouenientium ex industria, & opera mis va-  
personæ. Prædialis, seu realis est quota fructuum, qui ex ria.

212 *Moralis Theologie Tract. I. Leges,*  
prædiis percipiūtur. Mixta quæ partim ex hominis industria,  
partim ex prædiis prouenit, vt sunt animalium fœtus. Pro-  
fectò decimæ personales soluendæ sunt post lucrum acqui-  
tum, ab iis qui Sacraenta suscipiunt illi Ecclesiæ, in qua  
Sacraenta suscipiuntur, nisi aliter sit consuetudine rece-  
ptum. Prædiales statim ac fructus collecti sunt, soluendæ<sup>z</sup>  
ab illis omnibus, qui prædia titulo non spirituali possident,  
illi Ecclesiæ, cui subiecta sunt prædia, nisi sit consuetudine  
introductum, vt alteri soluantur. Mixta quando fœtus per-  
uenit ad statum vtilem, soluendæ iuxta locorum consue-  
tudinem. Ex Layman. Palao &c. alii.

20. *Possunt ne Sacraenta non soluentibus decimas denega-  
ri?* Ita planè, dum nullam habent excusationis causam.

21. *Soluenda ne Clericis diuitibus, aut improbis? Quis du-  
bitet?* Non enim debentur decimæ Clericis ob eorum ino-  
piam, aut probitatem; sed laborem, quem in populi utilita-  
tem impendunt.

22. *In soluendis decimis realibus seu pradialibus sunt ne de-  
trahenda expensa, v.gr. cultura agri?* Minime; secus in per-  
sonalibus.

23. *Qui decimis soluendis deteriorem, &c. non ut par est, mi-  
diocrem saltem partem bona fide assignat, peccat ne contra iusti-  
tiam?* Peccat, & consequenter ad restitutionem tenetur. Imò peccato sese sacrilegij fœdere aliqui affirmant, quos mi-  
nimè probandos affirmarim; nec satis ad sacrilegium non  
soluere, aut male impendere rem sacro cultui dedicatam.  
*Azorius ita.*

24. *Obligatio soluendæ decimas potest ne valide priuilegio  
Pape condonari?* Potest, quatenus decimæ dicunt quotam  
fructuum, seu determinatam partem. Imò sine causa non con-  
donari valet à Pontifice, sed tum illicite concederetur. Item  
obligatio soluendi decimas in futurum auferri posse videtur  
per compositionem, interueniente Summi Pontificis autho-  
ritate. Imò etiam Prælatus Ecclesiæ, aut Beneficiarius potest  
iusta de causa absque assensu Apostolico compositionem,  
vel remissionem facere de præteritis decimis, cum iuri suo  
cedere possit, & nulla Simoniae labes, aut prohibitio inter-  
ueniat. Ex Azorio.

25. *Est ne probabile decimas non deberi personales, id est, ex  
lucro industria?* Nullibi ferè esse in usu ab Emanuele Saæ af-  
firmatur. Qui quidem addit decimas non deberi à Clerico  
ex fructibus Ecclesiæ, nec ex patrimonio, si Ecclesiæ seruat,  
cui decimæ debentur. Standum planè in iis & similibus pre-  
scriptis.

Azor.


Azor.

Saa.

scriptæ consuetudini, quæ quidem efficit miram hac in re varietatem.

26. Sunt ne *speciales pœnae non soluentibus decimas assignatae?* Tridentinum præcipit subtrahentes decimas, aut earum solutionem impedites, non solum excommunicandos esse, verum non esse absoluendos, nisi facta plena restitutio: intellige, modò non ad sit impotentia restituendi. Extant etiam peculiares pœnæ in Clem. I. decim. contra Religiosos, qui iniqùe usurpant decimas ad se non pertinentes, vel alios ab iis soluendis retrahunt, vel pœnitentibus conscientiae scrupulum circa decimarum solutionem ingerere negligunt. *Azorium lege.*

AZOR.



## *EXAMEN XV.*

### *De Legibus circa materiam de Priuilegiis in communi.*

#### *CAPUT PRIMUM.*

##### *De Priuilegiorum varietate.*

1.  *Vidnam est Priuilegium? Specialis gratia alicui concessa: seu lex qua alicui aliquid speciale conceditur.*

2. *Quotuplex illud? Multiplex planè. Aliud dicitur scriptum; aliud non scriptum, sive à Superiore concedatur, sive acquiratur consuetudine. Aliud est Reale, quod directè conceditur alicui rei, ut loco, dignitati, prædio, mercibus. Aliud Personale, quod conceditur immmediatè personæ. Quando res, cui concessum est priuilegium transit ad alium dominum, ad eundem etiam priuilegium transit: priuilegium vero personale cum persona extinguitur. Aliud est Gratuum, quod gratis conceditur. Aliud Remuneratorium, quod meritorum ratione prestatur. Aliud est Conuentionale, quod conceditur ex pacto. Aliud Purum, quod absolutè conceditur. Aliud est Priuatum, concessum in personæ priuatæ fauorem. Aliud Commune, quod bonum communitatis immmediatè respicit. Aliud est Fauorabile, quod priuilegiato confert fauorem, & commodum, nulli autem incommodum. Aliud*

O 3

*Odiuum.*